

## LIBER

In Apocalypsin Iohannis: li. j.

Sūma de casibus: li. j.

Alia insup nōnulla composuit: quæ ad noticiam meā non uenerunt.

Claruit sub Frederico imperatore secundo: Anno dñi Mill. CC. XL

**I**acobus baldeuini: Odofredi beneuentani clarissimi uiri quondā auditor: iuris ciuili p̄fessor & interpret eximius: ingenio subtilis: sermone scholasticus: consilio & actione præcipuus: Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula: quibus nomē suū ad noticiā posteritatis cū laude transmisit. E quibus ista ferunt

Super Codice:	li.	xij
Super. ff. ueteri:	li.	xxiiij
Super. ff. nouo:	li.	xij
Super. ff. inforciati:	li.	xxiiij

Et quædam alia. Claruit sub Frederico impatore secundo: Anno dñi. M. CC. XL.

**D**avid ordinis ut ferunt minorum: natione teutonice: uir in diuinis scripturis exercitatus: uita & cōuersatione insignis: in declamatis sermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripsit quædam aperto sermone opuscula: quorum lectio deuotis fratribus non est cōtemnenda. De quibus extant subiecta. Ad nouitios:

De cōpositione bois exterioris:	li.	Profectus religiosi. vij. pro.
De cōpositione bois interioris:	li.	Collationes meas quas.
Sermones de tempore:	li.	
Sermones de sanctis:	li.	

Et quædam alia. Claruit non longe post beatū Franciscū. Sepultus est in Augusta.

**H**umbertus ordinis prædicatorum quintus magister generalis: patria Viennensis: eruditus & declamator egregius: uita euangelice: conscientia purus: actione præcipuus: eloquio dulcis & ad plaudendum idoneus: quod Hugonem olim suū præceptorum sacre theologie præxit ad ordinem. Scripsit quædam deuota opuscula: quibus nomē suū ad noticiam posteritatis deuenit. E quibus ista ferunt

Super regulā sancti Augustini:	li.	j	Cogitanti mihi de sermōe.
Summa prædicantiū:	li.	iiij	Ois homo est exhortandus.
Gesta fratrum prædicatorum:	li.	v	
De officijs sui ordinis:	li.	j	
De tribus substantialibus reli.	li.	j	Filijs gratiæ & cobæredibus.
Eplaz ad diuersos:	li.	j	

Et quædam alia. Claruit imperio uacante: Anno dñi Mill. CC. L.

**U**lcentius gallus natione burgundus: ordinis prædicatorum dictus Beluacensis: uir in diuinis scripturis studiosus & exercitatus: ac ueterum lectio diues: ingenio subtilis: & sermone compositus: tamen literis studij adhibuit: ut nullis unquam laboribus: uigilijs uel occupationibus ab eorum cultura potuerit euocari: quin semper aut legeret: scriberet uel prædicaret. Tantus itaque fuit ut post se necdum habuerit parem: Si ardua quæ scripsit opuscula ex multis laboriose collecta: æqua lance cum cæteris ponderem. Nam petente & sumptu ministrante rege Francoz: græde & admirabile opus speculorum de omni: ut ita dixerim: re scribili in multis uoluminibus maximis laboribus comportauit: quod ita prænotauit atque distinxit:

Speculum historiale:	li.	xxxij	Deus est substantia incorporea.
Speculum Naturale:	li.	xxxiiij	Quam multitudo librorum.
Speculum Morale:	li.	iiij	In omnibus tuis memorare.
Speculum Doctrinale:	li.	xiiij	Quam multitudo librorum.
De gratia dei quoque:	li.	iiij	Liber generationis & c. be.
De laudibus sanctæ Mariæ:	li.	j	Si deum ore prophetico tube.

*Vincit sed perit  
ante periculi historiam  
et aliorum in periculo*